



oo R

1566









ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ  
ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ ΗΘΙΚΟΙ.

---

THEOPHRASTI  
CHARACTERES ETHICI.

VT

ISAAC. CASAVBONVS  
E GRAECO IN LATINVM  
SERMONEM VERTIT

ET

PETR. NEEDHAM  
E MST. CODD. GRAECIS  
CANTABRIGIAE RECENSUIT.



---

LIPSIAE ET HALAE,  
EX OFFICINA CRVGIANA,  
M DCC LI.

1751

© GEORGE P. A. ZOTOT  
XAPAKTHPEZ HOKOI

THEOPHRASTI  
CHARACTERES ETHICI

BIBLIOTHECA  
LYCEI  
WERNIGERODANI.

206

EX OFFICINA CRUCIANA  
M DCC LI





IVVENIBVS  
NOBILITATE GENERIS,  
ET INGENII LAVDE FLOREN-  
TISSIMIS

HENRICO ALEXANDRO  
AB EICKSTEDT.

OTTOCARO IO. ERNESTO  
LVDOV. A SEEBACH.

CHRISTOPHORO GOTT-  
FRIDO A KOSERIZ.

S. D.

FRIDER. GOTTH. FREYTAG.

A. M.

**E**X quo tempore accidit, vt auspicio &  
nutu *Vestrorum perillustrium Parentum*,  
quos summo ego honore colo atque  
obseruo, meae Vos fidei ac disciplinae  
commisso creditosque habeam, omni mihi  
studio faciendum existimaui, vt ad illorum  
me voluntatem componerem, & iis artibus

) ( 2

Vestros

Vestros imbuerem animos, quibus, ad liberalioris doctrinae cultum, aditus comparatur. Propterea, cum, litteris Graecis nonnihil temporis atque operae destinari, intelligerem, neque ab eiusmodi litterarum studio Vos alienos viderem, tantum abfuit, ut a laudabili Vos instituto retraherem, ut potius, unumquemque Vestrum, in ea animi sententia, magnopere confirmarem. Et haec causa est, quam ob rem hunc libellum, quem vberiore deinceps sermone publice interpretabor, Vobis offero, & solemni formula, dedico. Quod si enim, ut poeta canit:

*Virtus est vitium fugere,*

& nemo vitia magis animo auersatur, & fugit, quam qui illorum foeditatem turpitudinemque adcurate habet cognitam; maximum sane, praeter Graecae linguae cognitionem, ad virtutem habebitis momentum, si hoc Theophrastus libello Vos odisse docuerit vitia, a quibus generosus animus semper abhorrere solet. Ita vero ex animo voueo precorque, ut nominis decus, a maioribus acceptum, non modo virtute & doctrina egregie tueri, sed & meritis aliquando in rem publicam, *perillustrium Parentum* exemplo, augere atque amplificare perpetuo studeatis. Scribebam in prouinciali schola Portensi, Kal. Decembr. A. O. R.

MDCCXXVI.

DE



D E  
THEOPHRASTO  
ET EIVS  
CHARACTERIBVS  
PRAEFATIO.

**I**nter oratores, & philosophos, quos prisca vidit aetas, & Graecia, foecunda doctissimorum hominum procreatrix, gremio quasi fovit, THEOPHRASTVS, eloquentiae imprimis laude clarissimus est, & varia, multiplicique rerum scientia celebratur. Patriam is habuit Eresum, 1) nobile, in insula Lesbo, oppidum, vnde etiam factum est, vt antiquissimis iam temporibus, Eresii cognomine insigniretur. Ab obsecris, & ignobilibus ortus parentibus, Melanitem, quem alii, vt Suidas 2) refert, Leontem dicunt, & Falloniam secisse, memorant, patrem nactus est. Prima litterarum rudimenta, in urbe patria, posuit, & Leucippo, 3) siue Alcippo, cuidam Eresio, magistro, operam dedit, usque institutus est artibus, quibus puerilis aetas, iis temporibus, ad humanitatem, formari solebat. Ex patria egressus, Athenas commigravit, & ad nobilissimum illud terrarum orbis gymnasium, quo nomine Sulpitius 4) Academiam ornat, se contulit, & Platonis disciplinam 5) sequutus est. Inde, relicta Platonis schola, ad Aristotelem diuertit, & copia suauitateque dicendi, ita cepit & deliniuit praeceptoris animum, vt is, admiratione oris, tam facundi, adductus, nomen immutaret discipuli, & quem ante Tirtamum adpellauerat, initio Euphrastum, & post, Theophrastum vocitaret. Eiusmodi enim nominis fuisse originem, praeter Diogenem Laertium, & Suidam, Strabo, 6) antiquior utroque scriptor, docet, & aliam, praeter iam adductam, nominis ab Aristotele immutati causam prodit, & factum id fuisse censet, *ὡς τὴν τὴν πρῶτον ὀνόματος κακοφωνίαν*, 7) vt prioris nominis asperitatem fugeret. Cicero 8) autem, cuius

1) v. Strabo, L. XIII. p. 918 edit. Almélouen. Diogenes Laertius L. V. Segment. 36. & alii. 2) Suidas in voce *Θεόφραστος*. 3) Diogen. Laert. l. c. 4) v. Cicero, L. IV. Epist. ad Famil. 12. 5) Diogen. Laert. L. III. Segm. 46. & L. V. l. c. 6) l. c. p. 919. 7) *κακοφωνον* forte hoc loco est, quod Graeci alias *κακοφωνον* dicunt. Sed nihil definitio. 8) in Oratore c. 19.



PRAEFATIO.

cum sententia Plinii, 9) & Quinctiliani 10) verba congruunt, Theophrastum quidem, diuinitate, ut ait, loquendi, nomen inuenisse, 11) arbitratur, neque tamen Aristotelis meminit, neque de causa nominis, quam Strabo adlegat, mentionem facit. In schola igitur Aristotelis, summa animi alacritate & ingenii solertia, versatus est, & quae tradita fuere a magistro, celeriter adripuit, qua de causa, quod de Theopompo, & Ephoro Isocrates, 12) de Xenocrate autem, & ipso Aristotele, Plato 13) olim dixerat, id Aristoteles 14) in acerrimo Theophrasti, & lenissimo Callisthenis ingenio usurpauit, atque alteri se calcaria, alteri frenos adhibere, professus est. Et, cum Aristoteles, ab Eurymedonte & Demophilo impietatis accusatus, Olympiade CXIV, si quidem recte posuit Diogenes Laertius calculum, Athenas relinqueret, Chalcidemque concederet, Theophrastus in magistri successit locum, & tam multos auditores nactus est, ut eorum numerus duo fere millia expleret. Fuit inter eos Nicomachus, Aristotelis filius, quem eximia is caritate dilexit, & Menander, comicus, qui liberiores veteris comoediae sales, moderato dicendi genere, temperauit, & comoediae, ut dicitur, nouae auctor extitit. Igitur fallit, quemadmodum Heumannus, 15) vir clarissimus, iam animaduertit, & fabulam belle excogitatam, Aulus Gellius 16)

9) in praefat. H. N. 10) L. X. Institut. Orat. c. 1. 11) Cl. Heumannus P. XVII. Act. philosoph. p. 671. ubi ea, quae de Aristotele commemorantur, in dubium vocat, & Aristotele, magistro, indigna censet, vocem Θεόφρατος non nisi passiuam significatione gaudere existimat. Sed causam non video, cur Straboni, Diogeni Laertio & Suidae, testibus utpote domesticis, hac ex parte refragemur, quandoquidem illi exacta Graecae linguae cognitione instructi fuerunt, & vocem Θεόφρατος actiue interpretati sunt. Neque eiusmodi actiua significatione analogiae repugnat. Ita Lycophron in Alexandra v. 673. Circeν θυόπλαστον ferarum formatricem, Scholiastes: χοίρειος ποιήσασσαν, adpellat; & Scholiastes τις τὴν σόγειαν, quae a nonnullis Theocrito tribuitur, Θεοφρέτης nomen actiue interpretatur. 12) Cic. in Bruto c. 56. 13) Diogen. Laert. L. IV. Segm. 6. 14) Id. L. V. Segm. 39. 15) l. c. p. 675. 16) L. XIII. Noct. Attic. c. 5. ubi ita: cum iidem isti, qui de magistro desinendo petierant, praesentes essent, vinum, ait, quod tum biberet, non esse id ex valetudine sua, sed insalubre esse, atque asperum; ac propterea quaeri debere exoticum, vel Rhodium aliquod, vel Lesbium. Id sibi ut curarent utrumque, petiuit, vsurpauitque eo dixit, quod sese magis iuisset. Eunt, curant, inueniant, adferunt; tum Aristoteles Rhodium petit, degustat. Firmum, inquit, hercle vinum, & iucundum. Petit mox Lesbium: quo item degustato, utrumque, inquit, oppido bonum, sed ἄδιον ὁ Λέσβιος. Id narrat,



PRAEFATIO.

narrat, quum Aristotelem, morti proximum, discipulorum rogatu, cum, qui sibi in schola succederet, constituisse, & facta vini Lesbii Rhodique comparatione, Theophrastum praetulisse Menedemo, scribit. Praeterquam enim, quod symbolica, ut sic dicamus, eligendi ratio, ab Aristotelis ingenio abhorreere videtur, scriptores, Aulo Gellio vetustiores, nihil quicquam huiusmodi auferunt, & suo narrationis veritatem silentio valde extenuant. Quo in Theophrastum animo Athenienses fuerint, vel inde existimari potest, quod, cum ab Agnonide impietatis reus 17) postularetur, non modo noxa liberatus, e iudicio discesserit, sed parum omnino absuerit, quin ipsi Agnondae impietatis crimen intentaretur. Neque dubium est, quin aliquo, apud Lesbios, numero locoque fuerit, quandoquidem a Plutarcho 18) δις ἐλευθερώσασθαι τοῦ τυραννεύοντος τὴν πατρίδα, bis patriam, tyrannide oppressam, liberasse, perhibetur. A Philippo, Mucedoniae rege, ut ab Aeliano 19) relatum legitimus, omni honore cultus est, & apud Cassandrum, & Ptolemaeum gratia multum valuit, & Philippum, Cassandri filium, natu maximum, familiaritate habuit deinctum. Neque tamen omnes fortunae casus effugere potuit. Nam, cum instinctu consilioque Sophoclis, quem Amphiclidae filium Diogenes Laertius 20) vocat, philosophi Athenis excedere iuberentur, Theophrastus, qui, schola se hoc modo exclusam intelligebat, ex urbe aliquantisper secessit. Principio tamen sequentis anni, cum temere & inconsiderate se fecisse, animaduertent Athenienses, Theophrastus, cum aliis philosophis, Athenas remigravit, & scholae, cui ante praefuerat, redditus est. Qua instructus doctrina, philosophiae praecepta instillauerit auditorum animis, praeter insignem eorum, qui ad eius scholam confluerunt, copiam, plurimi indicant libri, quibus variarum rerum scientiam complexus est, & ut de illius magistro, Aristotele, Aulus Gellius 21) praedicat, omnis humanae rei peritiam ostendit. Quamquam autem propemodum omnes, praeter vnum alterumque, qui ad nostram peruenit aetatem, temporis iniuria, intereiderunt, titulos tamen illorum Diogenes Laertius 22) nobis conseruauit, quos singulari deinde

ubi dixit, nemini fuit dubium, quin lepide simul & verecunde, successerem illa voce sibi, non vinum delogisset. Is erat e Lesbo Theophrastus, suauitate homo insigni linguae pariter & virae.

17) Diogen. Laert. L. V. Segm. 17. 18) Libr. aduersus Coloten, in fin. 19) Aelian. L. IV. Var. Hist. c. 19. 20) l. c. 21) L. XIX. Noct. Attic. c. 5. 22) l. c. Segm. 42. ff. Conf. & Menagium ad h. l.



P R A E F A T I O.

libro, cui Theophrasti nomen est, Io. Meursius 23) recensuit, iisque nonnullos adiecit alios, quorum, apud scriptores, aliquam mentionem inuenerat. Initio, si Basilio 24) verbis fides habenda est, Platonis ritu, dialogos conscribere statuerat, sed cum ea re, Platoni se fore imparem, cerneret, incepto, haud secus, atque Aristoteles, destitit, διὰ τὸ συνιδεῖναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδραυν, quia uterque, se Platonica suauitate destitui, animaduertent. Quamuis autem Theophrastus, quod Basilio largiri possumus, illo orationis genere, quod dialogo adcommodatum est, Platonem habuerit superiorem; neminem tamen quemquam adhuc inuenimus, qui dicendi venustatem, quam voce pariter & stilo prodidit, ei fecerit dubiam. Cicero sane, 25) doctus & intelligens huius generis existimator, Aristoteli & Carneadi, quos eloquentes, in dicendo suaves, & ornatos, nominat, Theophrastum proxime adiungit, suumque anicum, 26) & τρυφήν ἔϊεν, 27) delicias suas, vocat, &, quodam loco, 28) querit: quis Theophrasto dulcior? Actione praesertim oratoria, quae e voce & gestu, motiue corporis constat, permultum valuit, quam ob rem, Hermippus, apud Athenensem, 29) eius in exprimendis hominum moribus industriam laudat, dicitque, eum in Peripato καθίσταντα διατίθεσθαι τὸν λόγον, ἡδονίας ἀπερχόμενον κινήσεως, ἢ δὲ σχήματος τινός: καὶ ποτε ὀψοφάγον μιμνήμενον ἐξάραντα τὴν γλώσσαν περιλάχων τὰ χάλι, sedentem, cum verba faceret, orationem sic instituere solitum, vt nullum gestum praetermitteret, nullam figuram corporis, argumento conuenienter; itaque helleuonem & gulosum cum aliquando initaretur, exserta lingua, labra circumlinxisse. Neque vero ita in promptu semper habuit eloquentiam, quin vox aliquando eum deficeret, atque ex improviso ille, in Areopago, obmutesceret, excusatione quidem usus, ὅτι κατεπλάγη τὸ ἀξιωμα τῆ συνεδρίας 30), quod perterritus fuerit splendore confessus; cui autem Democribus, quem aemulum habebat, satis lepide respondit: ὦ Θεόφραστε, Ἀθηναῖοι ἦσαν, ἀλλ' ἔχ' οἱ δώδεκα Θεοὶ, οἱ δικάζοντες, o Theophraste, Athenienses erant, non duodecim Dii, qui iudicio praecrant. Qua ratione, exquisitam in vestitu munditiam adbibuerit, idem, apud Athenae-

23) Liber Lugd. Bat. 1640. in 12. prodiit. Inuenitur Tom. X. Theophrasti Gronouian. p. 621. 24) Epistola CLXVII. 25) L. I. de Orator. c. II. 26) L. II. ad Attic. epist. 16. 27) Plutarch. in vit. Ciceron. p. 1599. opp. edit. Steph. 28) in Bruto c. 31. 29) L. I. Dipnof. p. m. 21. 30) v. Aelianus L. VIII. Var. Hist. c. 12.



P R A E F A T I O.

um, \*) *Hermippus testatur, quando eum, λαμπρόν, καὶ ἐξησκη-  
 μένον, nitido, & exacto cultu, ad scholam processisse narrat.  
 Hi Teles, antiquus, apud Stobaeum, 31) scriptor, elegantiam  
 in vestibus, cum lautitia in victu coniungit, & de Theophras-  
 to, & Xenocrate ita scribit: Παρὰ τούτοις γὰρ εἰς ἀνάγκης  
 εἶδη ὑπόδημα ἔχον, καὶ τὰτο ἀκαττύτον, ἤλας ἔκ ἐχον. Εἶτα  
 χλαυίδα, παλῶν ἀκολυθίαν, οἰκίαν μεγάλην ἕς τὸ σόφδαπνον  
 ὄπως ἄρτοι καθαρὸι, ἔψον μὴ τὸ τυχόν, οἶνον δὲ ἡδὺν, ὑποδοχὰς  
 τὰς ἐπιβαλλύσας, ἵνα πολυτελέσσι Ἐλευθερίοις γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ  
 τοιαύτη ἀναστροφὴ ἐκρίνετο, apud illos opus erat, calceos habe-  
 re, eosque non confutos, sed sine clavis; deinde chlamydem,  
 famulos sequentes, magnam domum, panes ad conuiuium pu-  
 ros, obsonium non vulgare, vinum suauē, epulasque similes,  
 hoc est, pretiosas. Nam eiusmodi victus, apud eos, liberalis  
 habebatur. Quod a sua nonnumquam ipse discesserit sententia,  
 neque per omnia sibi accurate constiterit, ex Ciceronis verbis 32)  
 liquet, ubi eius, de rebus diuinis, opinionem adducit, & eius-  
 modi inconstantiam esse ferendam, negat. Cum Epicuro ei mi-  
 nus conuenit, cuius πρὸς Θεόφραστον, aduersus Theophrastum,  
 librum Plutarchus 33) laudat, & Leontium, Epicuri amicam,  
 & discipulam, contra Theophrastum scripsisse, praeter Cice-  
 ronem, 34) Plinius 35) ostendit. Ad grandiorem peruenit aeta-  
 tem, & cum, ob senectutem, minus valeret pedibus, lectica cir-  
 cumuectus est. Quo aetatis anno, diem obierit supremum,  
 nondum satis exploratum habemus. Illum, anno aetatis octo-  
 gesimo & quinto e vita discessisse, scribit Diogenes Laertius,  
 36) cuius tamen sententiae Hieronymus 37) refragatur, qui,  
 ad septimum, supra centesimum annum, vitam produxisse Theo-  
 phrastum, adfirmat. Sed, ut inter eruditos nondum conuenit,  
 utrum de Theophrasto, an Themistocle loquatur Hieronymus:  
 ita nec Theophrasti verbis, quae Casaubono, etiamsi postmodo il-  
 le sententiam mutauit, nonnihil mendae prae se ferre uisa sunt,  
 res plane conficitur, praesertim cum Lucianus, 38) & Censo-  
 rinus, 39) qui de philosophis longius aetate prouectis, quam  
 diligentissime exposuerunt, silentio Theophrastum praetercunt.  
 Hinc etiam nuperrime Heumannus, 40) verba: καὶ βεβιωκώς ἐτη  
 ἑννεήκοντα ἑννέα, qui annos nonaginta nouem iam vixerim,*

\*) l. c. 31) Serm. XCV. 32) L. I. de Nat. Deor. c. 13. 33) libr.  
 aduersus Coloten, p. 2035. opp. 34) L. I. de Nat. Deor. c. 33.  
 35) in praefat. 36) l. c. Segm. 40. 37) in epist. ad Nepotianum.  
 v. Casaubon. ad Theophrast. Character. p. 11. 38) περὶ τῶν μα-  
 κροβίων. 39) de Die Natali c. 15. 40) l. c. p. 680.



P R A E F A T I O.

in glossematum habuit numero, quae librorum quondam orae adscripta, auctoris verbis postea illata fuerunt. Tametsi autem natu admodum grandis fuerat Theophrastus, moriens tamen rerum naturam adcusavit, 41) quod ceruis, & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguum dedisset vitam, quorum si actas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Quae verba, ut nostra quidem fert sententia, philosopho non satis digna sunt, & ad μεμψικολίαν referri debent, quam, in suis characteribus, Theophrastus ipse descripsit. Mortuo Theophrasto Athenienses funus satis amplum, 42) faciendum curauerunt, & ad unum omnes pedibus exequias prosequuti sunt. Verba, quae paullo ante mortem protulit, ultimae voluntatis tabulas, quas signavit, & acute dicta, Diogenes Laertius 43) exhibet. Ut autem beneficentiae, ob quam a Diogene Laertio 44) εὐεργετικός, beneficus, nominatur, aliquod, post mortem eius, extaret monumentum, pecuniam, Athenaco 45) teste, quibusdam philosophorum conuenticulis legauit, ἢ αὐθιγόντες τὰ κατὰ τὴν συμποσίην λόγους σωφρονώως, 46) πεπαιδευμένους διεξάγειν, ut, quos habent in conuiuio sermones, temperanter & docte persequi possent. Eximiam bibliothecam, in qua Aristotelis libri inerant, Neleo 46) reliquit, & Stratonem 47) Lampfacenum, in schola, successorem nactus est. Et haec haecenus de Theophrasto. Cetera, quae, breuitatis causa, omisimus, a Diogene Laertio, 48) Stanleio, 49) Fabricio, 50) & Heumanno 51) repeti poterunt. Quod ad libellum, cui haec praefari volumus, attinet, Theophrasti ille nomen prae se fert, & praeter Petrum Victorium, 52) a nemine, quod sciamus, illi abiudicatus est. Neque vlla, ut Fabricii 53) verbis utar, est ratio, quare eius iudicio, cui res ipsa, & veterum testimonia refragantur, subscribamus. Nam, Diogenes Laertius, duobus locis, 54) Theophrasti ἡθικός χαρακτήρως recenset, unde etiam Menagio 55) in mentem venit suspicari, duos olim hoc nomine extitisse libros, ex quibus alter, qui de

41) v. Cicero L. III. Tuscul. Quaest. c. 28. 42) Diog. Laert. l. c. Segm. 41. 43) Id. l. c. Segm. 41 & 51. 44) Id. l. c. Segm. 34. 45) L. V. Dipnoloph. p. 186. 46) Diog. Laert. Segm. 52. Strabo L. XIII. p. 906. ubi huius bibliothecae fata enarrat. 47) Diog. Laert. l. c. Segm. 58. 48) L. V. Segm. 36. ff. 49) P. V. Histor. Philos. p. 491. 50) L. III. Bibliothec. Graec. c. 9. 51) P. XVII. Act. philosoph. initio. 52) L. XVII. Var. Lect. c. 7. 53) L. III. Biblioth. Graec. c. 9. § 13. 54) l. c. Segm. 47, 48. 55) in Laert. p. 211.



PRAEFATIO.

virtutibus egit, plane perierit, alter, qui de vitiis exponit, & aliqua sui parte mutilus est, ad nostram memoriam peruenierit. Characterum autem nomine Theophrastus libellum inscripsit, quia illo naturam, seu formam, ut Cicero τῆ χαρακτῆρος vocem latine reddidit, 56) vitiorum, viuis quasi coloribus, depictam, ante omnium oculos ponit, & tanquam exserto digito, monstrat homines, vitiorum labe infectos, atque exclamat:

Hic niger est, hunc, tu Romane, caueto 57).

Ita enim, sicuti omnibus patet, in hoc argumento Theophrastus versatur, ut vitium, de quo agitur, aliqua ex parte describat, & selecta deinde, ex communi usu sensuque desumpta, actionum exempla subiungat, atque iis, ceu notis, omni luce clarioribus, vitiosos homines designet. Caue, igitur, putes, perfectas, & suis omnibus numeris absolutas heic reperiri definitiones, vitiose cum nec ipse Theophrastus tales unquam vendidit, sed solemniter potius formula: ὡς τὸ πᾶσι λαβῆναι se leniter modo unumquodque descripsisse vitium, declarauit. Cum enim philosophus pariter & orator esset Theophrastus, more rhetorum, qui morum eiuscemodi descriptionibus, quas ἀποκρίσεις Graeci vocant, discipulos exercere solebant, vitiorum naturam expressit, & simplici, & conciso, suauiter tamen & perspicuo dictionis genere, ad id, usus est. Inter eos, qui de his characteribus praeclare meriti sunt, Isaacus Casaubonus principem tenet locum, qui, praeterquam quod quinque posteriora capita, iis, quae olim edita fuerant, adiecit, & omnium primus enulgauit, totum etiam librum e Graeco in Latinum vertit sermonem, & luculento commentario illustravit. Est ille commentarius, quod haud immerito mireris, ὄντα, ut ipse loquitur, 58) πᾶσι περὶ ἐν ἀποδύσει, in itinere confectus, & tamen multa abstrusa, & recondita antiquitatis Graecae, sine cuius notitia Theophrasti librum nemo facile intelligit, capita egregie enucleat. Hinc Iosephus Scaliger 59) ad Casaubonum ita scribit: Cum primum mihi saluam mouissent Theophrastei characteres tui, dicam serio, de potestate mea exiui, neque me continere potui, quin ea de te praedicarem, quae & meritum tuum, & amor meus postulabant. Anno praesentis seculi duodecimo, Petrus Needham, Anglus, octo codicum, manu exaratorum, quos Anglia & Gallia suppeditauerat, & sex typis impressorum praesidio instructus, Theophrasti characteres Cantabrigiae edidit, & nonnulla loca, vitio deprauata, restituit, pauca mutauit ex ingenio, & plura aliter atque

56) in Orator. c. II. 57) Horat. L. I. Sat. 4. 84. 58) v. Commentar. p. II. 59) L. I. Epist. 35.

adhuc



PRAEFATIO.

adhuc factum erat, interpunxit. In Casauboni versione, quod fieri nonnumquam debuerat, nihil immutavit, cuius etiam commentarium adtulit integrum, & ea praesertim re, magnam a litterarum Graecarum studiosis gratiam inivit, quod Jacobi Duportii praelectiones, in decem & sex priora characterum capita, nunc omnium primus nobiscum communicavit, illasque suo auctori, quem Stanleium fuisse, quidam 60) existimarent, adseruit. Etiam si enim Casauboni acumen criticum haud adsequutus est Duportius, vir tamen fuit Graecae linguae gnarissimus, qui Casauboni versionem interdum castigavit, & natiuas Graecarum vocum significationes feliciter eruit, & in lucem produxit. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

60) Auctor vitae Stanleii, quae praefixa est illius Historiae philosophicae; & inde Fabric. L. III. Biblioth. Graec. c. 9. § 13.

INDEX CAPITVM.

Προόμιον.	Prooemium.
Cap. I. Περὶ εἰρωνείας.	De Cauillatione.
II. Κολακείας.	Adulatione.
III. Ἀδολεσχίας.	Garrulitate.
IV. Ἀγροικίας.	Rusticitate.
V. Ἀρσεκείας.	Planditia.
VI. Ἀπρονείας.	Vaeecordia, siue perdita audacia.
VII. Λαλιᾶς.	Loquacitate.
VIII. Δογμοποιίας.	Famigatione siue rumorum confusione.
IX. Ἀναίσχυντίας.	Impudentia.
X. Μικρολογίας.	Sordida parsimonia.
XI. Βδελυρίας.	Impuritate siue moribus impuris.
XII. Ἀκκιρίας.	Intempestiuitate siue inscitia temporis.
XIII. Περιεργίας.	Sedulitate inepta.
XIV. Ἀναίσθητίας.	Stupiditate.
XV. Ἀδθαδείας.	Contumacia siue ferocitate.
XVI. Δεισιδαιμονίας.	Superstitione.
XVII. Μεμφιμοιρίας.	Querela siue iniqua querulitate.
XVIII. Ἀπιστίας.	Dissidentia.
XIX. Δυσχερείας.	Foeditate.
XX. Ἀγδίας.	Insuauitate siue taedio.
XXI. Μικροφιλοτιμίας.	Sordida & friuola laudis cupidine.
XXII. Ἀνελευθερίας.	Illiberalitate.
XXIII. Ἀλαζονείας.	Ostentatione.
XXIV. Ἵπερηφανίας.	Superbia.
XXV. Δειλιάς.	Timiditate.
XXVI. Ὀλιγαρχίας.	Oligarchia, siue moribus optimatum.
XXVII. Ὀψιμαθίας.	Insolentia, siue sera institutione.
XXVIII. Κανολογίας.	Maledicentia.



ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΗΘΙΚΟΙ  
ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

**Η**δη μὲν καὶ πρότερον πολλάκις ἐπισήσας  
τὴν διάνοιαν, ἐθαύμασα, ἴσως δὲ εἰδὲ  
παύσομαι θαυμάζων, τί γὰρ δήποτε τῆς Ἑλ-  
λάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης, καὶ πάν-  
των τῶν Ἑλλήνων ὁμοίως παιδευομένων, συμ-  
βέβηκεν ἡμῖν ἢ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων  
ἔχειν. Ἐγὼ γάρ, ὦ Πολύκλεις, συνθεωρήσας  
ἐκ πολλῶ τὴν ἀνθρώπινην φύσιν, καὶ βεβιω-  
κὼς ἔτη ἑνενήκοντα ἑννέα, ἔτι δὲ ὠμιληκὼς πολ-  
λαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι, καὶ παρατε-  
θεαμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τέσ τε ἀγαθῆς

THEOPHRASTI CHARACTERES

ETHICI.

PROOEMIVM.

**S**Aepe equidem iam ante, quum hac de re ad-  
stentius cogitare cœpisssem, miratus sum, sed  
nec mirari fortasse desinam, quid causae sit, cur  
quum Graecia omnis eidem coelo subiecta sit;  
quum etiam Graeci omnes eodem modo  
instituantur; non omnes tamen iisdem mori-  
bus utamur. Ego siquidem, mi Polycles,  
quum a multo tempore hominum naturas  
essem contemplatus, (quippe qui annos nona-  
ginta nouem iam vixerim; & cum multis  
atque omnis generis naturaeque hominibus sim  
versatus) quum, inquam, diligentia magna &

τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸς Φαύλους ὑπέλαβον δὲν  
 συγγράψαι, εἰ ἐκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν  
 ἐν τῷ βίῳ. Ἐκδήσω δέ σοι κατὰ γένος, ὅσα τε  
 τυγχάνει γένη τρώπων τέτοις προσκείμενα, καὶ  
 ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρώνται. Ὑπολαμβά-  
 νω γάρ, ὦ Πολύκλει, τὸς υἱεῖς ἡμῶν βελτίους  
 ἔσεσθαι, καταλειφθέντων αὐτοῖς ὑπομημα-  
 τῶν τοῖστων οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἰ-  
 ρήσονται τοῖς εὐσχημονεσῶταῖς συνέναι τε καὶ  
 ὀμιλεῖν, ὅπως μὴ καταδεέστεροι ᾖσιν αὐτῶν.

Τρέφομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον. Σὺν δὲ πα-  
 ρακολοθεῖσαι τε καὶ εἰδῆσαι, εἰ ὀρθῶς λέγω.  
 Πρῶτον μὲν ἐν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν  
 τὴν εἰρωνείαν ἐξηλωκότων, ἀφείδω τὸ προσομι-  
 α-

probos simul & improbos homines considera-  
 ſem, atque inter ſe comparafſem, faciendum du-  
 xi, vt, quae ſit vitae degendae utroꝝque ratio,  
 hoc ſcripto complecterer. Exponam autem tibi  
 generatim, cum omnes morum ſpecies, quibus il-  
 li ſunt praediti, tum quis ſit illorum vitae quoti-  
 dianae modus. Liberos enim noſtros, mi Polycles,  
 fore meliores, exiſtimo, ſi monumenta iſtis hu-  
 iuſcemodi reliquerimus; quae ſibi pro exemplo  
 proponentes, optime moratos quoſque ſint ele-  
 cturi, quibuscum verſentur & conſueſcant, vt in  
 viros tandem nihilo illis deteriores enadant.

Sed iam ad rem iſtam me accingam. Tuum  
 erit, ad ea, quae dicam, animum aduertere, &  
 an recte dicam, pernoscere. Igitur miſſis prae-  
 ſationibus & iis, quae multa poterant de re ad-

ζεσθαι,



ζῆσθαι, καὶ πολλὰ περὶ τῶν πράγματων λέγειν.  
 Καὶ ἀρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, καὶ  
 ὀρίσσομαι αὐτήν. Εἴθ' ἔτιωσ τὸν εἰρώνα διέξειμι,  
 ποῖός τις ἔστι, καὶ εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται.  
 Καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων, ὡς περ ὑπε-  
 ρέμην, πειράσομαι κατὰ γένος φανερὰ κατα-  
 εἶησαι.

A.

## ΠΕΡΙ ΕΙΡΩΝΕΙΑΣ.

**Η**μὲν ἔν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπω  
 λαβεῖν, προσποιήσεις ἐπὶ χειρὸν πράξεων  
 καὶ λόγων. Ὁ δὲ εἰρών, τοιῦτός τις, οἷος πρὸς-  
 ελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν, λαλεῖν, ἔμισεῖν  
 καὶ ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπέθετο λάθρα, καὶ

ferri, initium dicendi faciam ab illis, qui cauilla-  
 tionem amplexi sunt, vitiumque ipsum primo  
 definiam, deinde cauillatorem hominem descri-  
 bam, qualis sit, & qui eius mores. Postea vero  
 alias quoque animi affectiones generatim, ut an-  
 te diximus, explicare conabimur.

I.

## DE CAVILLATIONE.

**C**avillatio igitur, si quis rudi definitione com-  
 plecti velit, est, cum factorum tum dictorum  
 in deterius fictio. Homo autem cauillator talis  
 est, qui ad inimicos suos adeat, quasi alloqui eos  
 velit, non amplius odisse: quique illos, quibus  
 clam struit insidias, praesentes laudet, & si victi

A 2

τῆτοις

τέτοις συλλυπεῖσθαι ἠτιωμένοις. Καὶ συγγνώ-  
μην δὲ ἔχειν τοῖς αὐτὸν κακῶς λέγουσι· καὶ ἐπι-  
τοῖς καθ' ἑαυτὸν λεγομένοις καὶ πρὸς τὸς ἀδι-  
κεμένους καὶ ἀγανακτῆντας, πρῶτος διαλέγε-  
σθαι. Καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπερδὴν βε-  
λομένοις, προσιάξαι ἐπανελεῖν. Καὶ μηδὲν ὄν  
πράττει, ὁμολογήσαι, ἀλλὰ φῆσαι βελεύσε-  
σθαι. Καὶ προσποιήσασθαι ἄρτι παραγεγο-  
νῆναι καὶ ὄψε γενέσθαι αὐτὸν, καὶ μαλακισθῆ-  
ναι. Καὶ πρὸς τὸς δανειζομένους, καὶ ἐρανίζον-  
τας, ὡς ἐπωλεῖ. Καὶ μὴ πωλῶν φῆσαι πω-  
λεῖν καὶ ἀκέσας τί, μὴ προσποιεῖσθαι. Καὶ  
ιδῶν, φῆσαι μὴ ἔωρακέναι· καὶ ὁμολογήσας,  
μὴ μεμῆσθαι. Καὶ τὰ μὲν σκέψασθαι φάσκειν

fuertint, eorum vicem doleat. Si quis ipsi male  
dicat, ei ignoscit: iactaque in se conuicia negligit;  
cum iis etiam, qui, quod iniuriam ab ipso passi  
sint, quiritant, blande benigneque loquitur. Eos,  
qui ipsum confestim conuentum velint, iubebit  
redire iterum. Quidquid agit, clam id habet, &  
se adhuc deliberare dicit. Idem se modo adue-  
nisse fingit; aut sub vesperam venisse, & e via lan-  
guere. Pecuniam mutuo rogantibus, aut erantum  
ab ipso exigentibus, Nihil vendo, inquit: e con-  
trario quum nihil vendit, tum vendere se ad-  
firmabit: Quum quid audiuerit, videri volet  
animum non aduertisse: Quum quid viderit,  
negabit vidisse. Pactus aliquid, negabit se  
meminisse. De aliis dicit se cogitaturum,

τὰ



τὰ δὲ εἰδέναι, τὰ δὲ θαυμάζειν τὰ δ' ἴδη  
 ποτὲ καὶ αὐτὸς ἔτω διαλογίσασθαι. Καὶ τὸ  
 ὄλον δεινὸς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆ λόγῃ χρη-  
 σθαι. Οὐ πισύω, Οὐχ ὑπολαμβάνω. Ἐκ-  
 πλήτομαι. ἢ λέγειν ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι.  
 καὶ μὴν, ἔ τὰυτὰ πρὸς ἐμὲ διεξήει. Παρά-  
 δοξόν μοι τὸ πρᾶγμα· ἄλλω τινὶ λέγε ὅπως  
 δὲ ἦσοι ἀπισήσω. ἢ ἐκείνῃ καταγνώ, ἀπορῆμαι.  
 Ἄλλ' ὄρα μὴ σὺ θᾶττον πισεύῃς τοιαύτας Φω-  
 νὰς καὶ πλοκάς καὶ παλιλλογίας· ἔ χεῖρόν  
 ἔσιν εὐρεῖν ἐδέν. Τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἀπλά,  
 ἀλλ' ἐπίβελα, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τὲς  
 ἔχεις.

alia nescire, mirari alia : de quibusdam se quo-  
 que iam ante similiter cogitasse. Denique fre-  
 quens omnino in eius ore huiusmodi est oratio :  
 Non credo, Non puto : Obstupesco. Sese etiam  
 alium fuisse dicet. Item, atqui non haec erat  
 ipsius apud me oratio. Res mihi videtur mira,  
 & fidem omnem superare : Quaere alium cui ista  
 narres : Tibine credam, an illius damnem fidem,  
 nescio. At tu, caue sis, vocibus istiusmodi & in-  
 volucris simulationum recantatis dictis credas :  
 quare deterior nulla queat reperiri. Enimvero  
 mores huiusmodi hominum non simplicium,  
 sed insidiosorum, magis quam vyperas fugere  
 debemus.

B.

## ΠΕΡΙ ΚΟΛΑΚΕΙΑΣ.

**Τ**ὴν δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἂν τις ὁμιλίαν αἰσχροὺς εἶναι, συμφέροντα δὲ τῷ κολακούμενῳ. Τὸν δὲ κολακῆα τοιᾶτόν τινα, ὡς πορευόμενον ἄμα εἰπεῖν, Ἐνδυμῆώς ἀποβλέπεις πρὸς σε οἱ ἄνθρωποι; τῆτο εἰδένι τῶν ἐν τῇ πόλει γίνεσθαι, πλην σοί. Ἡυδοκίμεις χθρὲς ἐν τῇ σοῦ κλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων κἀθημένων, ἢ ἐμπροσθέντος λόγου, τίς εἴη βέλτιστος, ἀπὸ αὐτῆ ἀρξάμενος πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτῆ κἀνεχθῆναι. Καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. Ἀπὸ τῆ ἱμαλῆς ἀφελεῖν κροκίδα. Καὶ εἰάν τι πρὸς τὸ τρί-

II.

## DE ADVLATIONE.

**A**dulationem vero putet aliquis esse turpem vitae quotidianae consuetudinem, sed quae adulatori conducatur. Adulator autem is est, qui, si cum aliquo ambulet, ei dicat, Viden' ut omnes in te oculos conuertunt? Fit hoc nemini ex omnibus ciuibus, praeterquam tibi. Heri in porticu magnum bonae existimationis tuae fructum capiebas: nam quum homines ibi plus quam triginta federent, sermoque incidisset, Ecquis ciuium esset optimus? & orfos ab ipso, & in eiusdem nomen simul omnes recidisse. Haec ille loquitur, aliaque his similia. Idem ex illius vestimentis, cui assentatur, floccos solet eximere. Quod si qua vel

χωμας



χωμα τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος προσενε-  
 χθῆ ἄχυρον, καρφολογῆσαι καὶ ἐπιγελάσας  
 δὲ εἶπεῖν, ὄρᾳς; ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν ἐκ ἐντετύ-  
 χημα πολιῶν ἐσχίμας τὸν πάγονα μεσόν καί-  
 περ, εἴτις ἢ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέ-  
 λαιναν τὴν τρίχα. Καὶ λέγοντος δὲ αὐτῆ τι,  
 τὸς ἄλλες σιωπῶν κελεύσαι, ἢ ἐπανέσαι δὲ  
 ἀκρόντος καὶ ἐπισημῆνασθαι δὲ, εἰ παύσε-  
 ται, Ὁρθῶς! Καὶ σκάψαντι ψυχρῶς ἐπιγε-  
 λάσαι, τότε ἰμάτιον ὄσαι εἰς τὸ σῶμα, ὡς μὴ  
 ἐδυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα. Καὶ τὸς  
 ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι κελεύσαι, ἕως ἂν Αὐτὸς  
 παρέλθῃ. Καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ ἀπίεσ  
 πριάμενος, εἰσενέγκας δῆναι, ὄρωντος αὐτῆ:

palea, vel festuca a vento acta, illius capillamento  
 adhaerit, tollit adulator; & simul renidens,  
 En, inquit, quia biduo hoc ego te non vidi, vt can-  
 itie barba tibi est referta; atqui tu sane, qui id  
 aetatis homo sis, habes, vt si quis alius, capillos  
 nigros. Iam si aliquid dicat Ille, hic vero adu-  
 lator silentium omnibus imperare, in os laudare,  
 dicenti voce gestuque adplaudere, & vbi finem  
 dicendi fecerit, Dictum bene; adclanare. Quod  
 si quem Ille sale aliquo perstrinxerit, eundem  
 iste acerbè irridebit, vestemque in os sibi indet,  
 quasi risum tenere non queat. In via, si qui  
 fiant obuii, sistere gradum iubet, donec Ille  
 tranfierit. Mala etiam, & pyra, a se emta, do-  
 mum liberis Illius adferre, & spectante ipso, dare

καὶ Φιλῆσας δὲ εἰπεῖν, χρηστὸν πατρὸς νεότησια!  
καὶ συναιέμενος δὲ κρηπίδας, τὸν πίδα Φῆσαι  
εἶναι ἐυρυθμότερον τῆ ὑποδήματος. Καὶ παρευο-  
μένε πρὸς τινα τῶν φίλων, προδραμαῖν εἰπεῖν,  
ὅτι πρὸς σε ἔρχεται καὶ ἀνασρέψας, ὅτι προσ-  
ήγγελα. Ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐν γυναικείας ἀ-  
γορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευσί. Καὶ τῶν  
ἐσιωμένων πρῶτος ἐπαμύνασαι τὸν αἶνον, καὶ πα-  
ρακειμένων εἰπεῖν, Ὡς μαλακῶς ἐσθίεις! καὶ  
ἄρα τὶ τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης, Φῆσαι, Τετὶ  
ἄρα ὡς χρησόν ἐσι! Καὶ ἐρωτήσαι μὴ ἔργω, καὶ  
εἰ ἐπιβάλλεσθαι βέλεται, καὶ ἔτι περισεῖλαι  
αὐτόν. Καὶ μὴ ταῦτα λέγων, πρὸς τὸ ἔς προσ-  
πίπλων, ψιδυρίζων καὶ εἰς ἐκείνον ἀποβλέπων,

moris habet: atque adeo ipfos osculatus, Probi  
patris pullitiam! ait, exclamans. Crepidas ementi  
si comes adfuerit, pedem dicet ipso calceo esse  
concinniozem. Adeunte Illo ad amicorum ali-  
quem, cursu praeire adfentator, & huic quidem,  
Venit ille, inquit, ad te: statimque reuerfus, Ego,  
ait, de tuo aduentu praemonui. Sane etiam,  
quaecunque ad muliebre forum pertinent, didi-  
cit iste omnia sedulo & diligenter ministrare. Nec  
non ex omnibus conuiuis vinum primus laudare:  
& illi adfidue adfistens, dicere, Vt tu molliter co-  
medis! & de iis, quae mensae sunt adposita, ali-  
quid adtollens, Hoc, vero, ait, quam bonum est!  
Quaerere etiam amat, numquid Ille frigeat: num-  
quid tegi adhuc & amplius amiciri velit: & qui-  
dem haec dicens, ad aurem hominis se inclinat,  
eique aliquid insufurrat: in eundem etiam, dum

τοῖς



τοῖς ἄλλοις λαλεῖν. Καὶ τῷ παιδὸς ἐν τῷ  
 θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια, αὐτὸς  
 ὑποσῶσαι. Καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἡρχι-  
 τεκλονῆσθαι καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι  
 καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. Τὸ κεφάλαιον, τὸν  
 κίλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγονται  
 καὶ πρᾶττοντα ἢ χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

Γ.

## ΠΕΡΙ ΑΔΟΛΕΣΧΙΑΣ.

**Η**δὲ ἀδολεσχία ἐστὶ μὲν διήγησις λόγων μα-  
 κρῶν καὶ ἀπροβελεύτων. Ὁ δὲ ἀδολεσχος,  
 τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ὃν μὴ γινώσκει, τῷ παρα-  
 καθεζόμενος πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτῷ

alios adloquitur, oculos defixos habet. Pulvinos  
 in theatro puero ademptos, ipse substernit. Do-  
 mum, ait, bene & ingeniose fuisse dimensam &  
 aedificatam : agrum diligenter confitum : imagi-  
 nem per esse similem. In summa, adstantorem  
 semper videas & facere omnia, & dicere, quae  
 audientibus putat fore grata.

III.

## DE GARRULITATE.

**G**arrulitas est longorum & inconsideratorum  
 sermonum effusio. Garrulus autem eius-  
 modi est, qui vel apud ignotum, iuxta ei adsi-  
 dens, uxoris suae laudes praedicare instituat : de-

Δ 5

γυναϊκὸς

γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα ὁ τῆς νυκτὸς  
 εἶδεν ἐνύπνιον, τῆτο διηγήσασθαι. Εἶθ' ὧν εἶχεν  
 ἐπὶ τῷ δειπνῶν τὰ καὶ δέκασα διεξελθεῖν. Εἶτα  
 δὲ προχωρῆντος τῆ πράγματος, λέγειν ὡς  
 παλὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρ-  
 χαίων· καὶ ὡς ἀξιοὶ γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ  
 ἀγορᾷ· καὶ ὡς πολλοὶ ἐπιδημῆσαι ξένοι καὶ  
 τὴν θάλατταν ἐν Διονυσίων πλάϊμον εἶναι καὶ  
 εἰποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ πλεῖον, τὰ ἐν τῇ γῆ  
 βελτίω ἔσσεσθαι. Καὶ ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γε-  
 ωργήσει καὶ ὡς χαλεπὸν ἐστὶ τὸ ζῆν. καὶ ὡς  
 Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστην δαῖδα ἔσσεσθαι. Καὶ,  
 Πόσοι εἰπὶ κίονες τῆ Ὀιδεῖς; Καὶ, Χθὲς ἡμεῖσα.  
 Καὶ, Τίς ἐστὶν ἡμέρα σήμερον; Καὶ ὑπομένη τίς

inde, quod praecedenti nocte somniauerit, id nar-  
 ret: tum, quaecunque in coena sibi fuerint adpo-  
 sita, omnia sigillatim recenscat. Mox vero, ubi  
 incaluerit, homines huius seculi dicet esse anti-  
 quis deteriores: frumenta in foro vili venisse pre-  
 tium: peregrinos esse in vrbe quamplurimos: mare  
 statim a Dionysiis patere nauibus: &, si Iupiter  
 pluerit, eorum, quae terra conduntur, meliorem  
 fore prouentum: seque agrum suum in sequen-  
 tem annum esse culturum: ait etiam, viuendi ra-  
 tiones esse perdifficiles: &, quum Mysteria agi-  
 tarentur, Damippum facem omnium maxi-  
 mam statuisse. Querit etiam, quot sint Odei  
 columnae: &, Heri, ait, vomui: & Quotus  
 hic est mensis dies? Quod si quis patien-  
 αὐτὸν



αὐτὸν, μὴ ἀφίστασθαι. Καὶ, ὡς Βοηδρομιῶνος  
 μένει τὰ Μυστήρια, Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατή-  
 ρια, Ποσειδεῶνος δὲ τὰ κατ' ἀγρὸς Διονύσια.  
 Παρασεύσαντα δὴ δεῖ τὲς τοιαύτας τῶν ἀνθρώ-  
 πων ἢ διαρᾶμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρε-  
 τος βέλεται εἶναι. Ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι  
 τοῖς μῆτε σχολῆν, μῆτε σπερδὴν διαγνωῖσθαι.

Δ.

## ΠΕΡΙ ΑΓΡΟΙΚΙΑΣ.

**Η** δὲ ἀγροικία δέξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχί-  
 μων. Ὁ δὲ ἀγροικος, τοιοῦτός τις, οἷος κυ-  
 κεῶνα πίων, εἰς ἐκκλησίαν πορεύσθαι καὶ τὸ  
 μύρον φάσκειν ἐδὲν τῆ δύμῃ ἥδιον ὄζειν καὶ

tem se praebeat, numquam ille ab eo discedat.  
 Narrabit Mysteria mense Boëdromione, Apatu-  
 ria Pyanepfione, Posideone vero, quae ruri agi-  
 tantur Dionysia, solita celebrari. Id genus ho-  
 mines demissis manibus, grandique gradu, fu-  
 giat, oportet, quisquis febre carere volet. Dif-  
 ficile enim est cum iis durare, qui neque otii,  
 neque negotii tempora distinguere norunt.

IV.

## DE RVSTICITATE.

**R**vsticitas vero honestatis & decori ignorantio  
 videri queat. At rusticus est, qui, hausto phar-  
 maco, in concionem nihilominus prodeat: qui-  
 que, vnguentum non suavius fragrare thymo, di-  
 μείζω

μείζω τῆ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν καὶ  
 μεγάλη τῆ φωνῇ λαλεῖν. Καὶ τοῖς μὲν φίλοις  
 καὶ οἰκίοις ἀπιθεῖν, πρὸς δὲ τὲς αὐτῆ αἰκέτας  
 ἀνακωῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων καὶ τοῖς παρ'  
 αὐτῆ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγρῷ πάντα  
 τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγείσθαι. Καὶ ἀνα-  
 βεβλημένος ἀνω τῆ γόνατος καθιζάνειν, ὥστε  
 τὰ γυμνά αὐτῆ φαίνεσθαι. Καὶ ἐπ' ἄλλω  
 μὲν μηδενὶ θανμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν  
 ταῖς ὁδοῖς, ὅτ' ἀνδρῶν ἴδῃ βῆν ἢ ὄνον, ἢ τράγον,  
 ἐσηκῶς θεωρεῖν. Καὶ προαιετῶν δὲ τι ἐκ τῆ  
 ταμείας, δεινὸς φαγεῖν καὶ ζωρότερον πιεῖν καὶ  
 τὴν σιτοποιὸν πειραῖν λαθεῖν κατ' ἀλέσας μετ'  
 αὐτῆς τοῖς ἔνδοι πάσι καὶ αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεα.

cat:calceos gestat pede grandiores: voce etiam al-  
 ta loqui suevit. Amicis necessariisque suis parum  
 fidens, de rebus maximis ad famulos refert: quae-  
 cunque in concione audiuit, omnia mercenariis  
 suis, qui ruri apud ipsum opus faciunt, enuntiat.  
 Saepe etiam veste ita supra genu subducta feder,  
 ut denudatae corporis partes conspici queant. In  
 via aliorum quidem nihil admiratur, neque vlla  
 re percellitur: sed si bouem, asinum, aut hircum  
 viderit, ibi homo gradum sistere, & contemplari.  
 Quumque aliquid e promptuaria cella depromit,  
 decerptum inde frustum vorat: & vinum meraci-  
 us potat: diligenter interim, ne hoc ancilla pa-  
 nifica resciscat, cauens. Deinde vero cum illa  
 molere, & quae sunt ad victum necessaria,  
 tum sibi, tum vniuersae familiae, parare solet.

Καὶ



Καὶ ἀριζῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν  
 τὸν χεῖρον καὶ κόφαντος τὴν θύραν ὑπακῆσαι  
 αὐτός. Καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος καὶ  
 ἐπιλαβόμενος τῆ βύχης, εἰπεῖν, ἔτος φυλάτ-  
 ται τὸ χωρίον, καὶ τὴν οἰκίαν. Καὶ τὸ ἀργύ-  
 ριον δὲ παρὰ τε λαβῶν ἀποδοκιμάζειν, λίαν  
 μὲν λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι.  
 Καὶ εἴτω ἀροτρον ἔχρησεν, ἢ κόφινον, ἢ δρέπα-  
 ρον, ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυ-  
 πνίαν ἀναμνησκόμενος. Καὶ εἰς ἄστυ κατα-  
 βαίνων ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα, Πόσῃ ἡσαν  
 αἱ διφθέραὶ καὶ τὸ τάριχος; καὶ εἰ σήμερον  
 ὁ ἀγὼν νεμηνίαν ἄγει; καὶ εἰπεῖν, εὐθύς ὅτι  
 βέλεται καταβάς ἀποκείρασθαι. Καὶ ἐν

Inter prandendum iumentis pabulum obiiicit:  
 & si quis fores pulset, ipse auscultat. Vocato  
 etiam cane, & eius rostro manu prehenso, Hic,  
